



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt IX. Tertia Ecclesiasticorum Dignitas, Clerici sunt Apostolorum Ecclesiae Principum successores, & eiusdem Ecclesiae sponsæ Christi custodes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

*Quid causa
ut alimenta
sacri den-
tur homini-
bus.*
*Qua opera
suscipienda
Ecclesiasticis*

Cur autem id Deus constituerit causa est, ut soluti en-
ris externis, liberius Deo eiusque cultui vacarent, quem-
admodum declarat religiosissimus rex Ezechias Para-
lip. 31. v. 4. de quo ibi Scriptura: *Præcepit et populo habi-
tantium Ierusalem, ut darent partes sacerdotibus & Levitis, ut
possent vacare legi Dei.* (Non commestationibus, non li-
bidinibus, non corradendis pecuniis, & id genus vi-
tiosis actionibus.)

§. Hanc partem suam, quam nacti sunt, si eius pre-
tium agnoscerent, Ecclesiastici exornarent, & præ illa
nihil appeterent. Id nos docet S. Augustinus suo in Psal.
32. Comment. Vbi ait; *Vnde beati erimus, Deum possidendo.*
Quid ergo? Nos possidebimus eum, & ille nos non possidebit?
Vnde ergo Isaias cap. 26. v. 17. (secundum 70.) Domine posside
nos? Possidet ergo & possidetur, & totum propter nos, ut nos
beati simus.

CAPVT IX.

**TERTIA ECCLESIASTICORVM DI-
gnitas. Clerici sunt Apostolorum Ecclesie Princi-
pum successores, & eiusdem Ecclesie sponsa
Christi custodes.**

§. **I**TA docemur Isaiæ 62. v. 6. *Super muros tuos Ierusalem
constitui custodes tota die & tota nocte non tacebunt. Sicut
dicit Hieronymus in cap. 1. prioris Corinthiaca. Quia sacerdotes,
inquit, & suo & Apostolorum loco funguntur, propter hoc et
iam Ecclesiarum Apostoli nominantur. Quamquam sanctus
Clemens Epistola ad Jacobum fratrem Domini. Beatus
Anaclerus epistola 2. ad vniuersos Italiae Episcopos
cap. 2. & epistol. 3. cap. 1. S. Leo epistol. 50. docent Epi-
scopos esse Apostolorum successores, Presbyteros 72.
Discipulorum, sed & hæc maxima dignitas est, nume-
rari inter eximios Christi liberatoris discipulos.*

CAPVT